



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Johele p[ro]pheta. Cap[itulum]. lxxxix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

res eius pectori imprimi: et lampades arden-  
tes lateribus applicari. Et cū ipse multomagis  
christum laudaret: populūq; vnanimiter excla-  
maret: q; sanctus dei sine vlla causa tormenta  
vstineret. Seuastus furorem populū metuens  
eum carceri mancipauit: vbi orante hermacora  
lumen ingens per noctem refulit: et odor sua-  
uissimus emanauit. Quod cernens pontianus  
custos carceris conuersus est ad christum et sa-  
nua referata ad pedes sancti martyris veniam  
postulabat. Quem sanctus hermacoras vocato  
fortunato diacono suo: post triduanū ieiunium  
baptizauit. Qui egressus se christum cepit pro-  
clamare: et deos gentiliū demonia asserere: vnde  
et eius exemplo multitudo populū ad carcerem  
concurrentes conuertebatur. Quidā hō viden-  
tes lumen carceris inde nullatenus discedebat.  
Hec audiens gregorius quidā nobilis  
ciuitatis filium suum annorum. xij. qui per trīe-  
nium a demonio vexatus fuerat: ad sanctū mar-  
tyrem adduxit: quē ille premissa oratione con-  
tinuo liberauit: et ipm vna cum patre ad xpm  
conuertit: veniensq; media nocte ad domū eius  
permitente pontiano: gregorius cum coniuge  
et duobus filiis atq; cum familia baptizauit.  
Deinde ad carcerē sponte rediit: et instantibus  
presbyteris et clericis: vt si martyriū pelegisset  
vel saltem sibi pastore concederet: fortunatum  
eius archidiaconum illis delegauit. Hec cuz  
audisset illustris quedam vidua nomine alexan-  
dria que lumen dudum amisserat oculorum de  
consensu pontiani nocte ad sanctū hermacorā  
in carcerem ingreditur: et ab eo mox illumina-  
tur atq; conuertitur. Et intra domum suam cū  
omni familia a fortunato diacono baptizatur.  
Quod cum preses audisset: fortunatum detine-  
ri fecit: et cum hermacora custodia mancipari.  
Eunq; multa miracula per eos fierent in car-  
cere consistentes. Seuastus preses ad sugges-  
tionem pontificum timens populū qui per  
eos conuersus erat: misit nocte spiculatorē: et  
vtrosq; in carcere decollari fecit: quorum cor-  
pora ac sanguinem collectū pontianus custos  
carceris recollectit: et occulte reposuit. Deinde  
gregorius et alexandria memores beneficiorū  
susceptorum corpora martyrum sustulerunt:  
et iuxta muros aquileie in agro memorare alex-  
andrie cum aromantibus considerunt. Qui  
passi sunt quarto idus iulij.

De sanctis Nabore et Felice  
martyribus. Cap. lxxvii.

**N**aboz et felix marty-  
res passi sunt in ciuitate lauden-  
sub maximiano imperatore. Eū  
enim idē cesar mediolani dege-  
ret: et predicti duo milites tāq;  
christi eidē accusati fuissent. Imperator eos de-  
tineri fecit: et singillatim interrogatos cū eos

christianissimos cognouisset; in carcere per dies  
xij. affligi mandauit: ita vt nec panis nec aqua  
ministraret eis: et die decimatertia eos edu-  
ci fecit: et cepit illos ad sacrificia suadere: et cū  
nullatenus animos eoz inclinari posset: iterū  
eosdē in custodia recipi precepit. Post dies hō  
quattuor de custodia educti: et ceteros fustibus  
cedi: deinde naborem in equulos appendi: et lā-  
padibus aduri: ac vngulis lantari inspectante  
felice. Et cum hec omnia superasset: iussit eos  
ambos igne consumi: qui missi in ignem incolu-  
mes permanserunt. Pro quo iterum eos carce-  
ri mancipauit. Post aliquot hō dies cum impe-  
rator pergeret in ciuitatem lauden. iussit san-  
ctos carbenis vincios ad exemplū christiano-  
rum post se trahi: et post tertium diem ambos  
extra ciuitates sibi presentari. Quos in christi  
confessione firmiter perseuerantes: fecit eos  
primo fustibus cedi: deinde capite puniri. Qui  
decollati sunt iuxta portam ciuitatis laudēsis  
apud fluuium celeram: quorum corpora quedā  
matrona sabina noctu rapies in eodē loco se-  
peliuit quarto idus iulij.

De sancto Nasone discipulo. Cap. lxxviii.

**N**ason discipul' xpi  
ex antiquis et priorib' fuit: et ex  
lxii. vii. vt in martylogio ado-  
nis ponit: qui apud insulā cy-  
prum christi euangeliū predica-  
uit: et plenus virtutibus ibidē sancto fine que-  
uit quarto idus iulij.

De sancto Jobele ppheta. Cap. lxxix.

**J**obel ppheta de tribu  
rubē filius fa-  
uel natus in  
agro berthoren  
eodem tēpore et sub eisdē res-  
gibus: quib' et osce ppheta  
uit videlz in diebus ozie: ioas-  
than: achaz: et ezechie regum  
iuda. Et sicut ille sub nomine  
effraim ad decē trib' dirigit partem suā: q; vlt'  
samariā vel israhel sepe memorat: sic in hoc pro-  
pheta: omne quod dicit ad tribū iuda directuz  
esse intelligere debemus. Descripsit em̄ terraz  
duarū tribuū cruce: bruchō: locusta rubigineq;  
vastandā. Et post euerfionē prioris populū pre-  
dixit spūsanctus effusionem futurā super ser-  
uos dei et ancillas: quod factum est die penthe-  
costes in cenaculo mōris syon. Et hic in bertho-  
ren in pace mortuus est et sepultus. iij. idus iulij.  
Ibidē ppheta ex numero duodecim pphetarū  
colligitur: qui minores appellati in sanctorum  
patrum catalogo Ecclesiastici. xlix. capitulo cō-  
scribuntur. Hec iosephus et hieronymus: et ex  
hystoria scholastica.